

DEDICATIO.

*tur. Pulcritudo Philoſtratorum ope-
rum, quae ab interitus periculo forti-
ter vindicaſti, tam clariffimo erudi-
torum conſenſu approbata fuit, ut cu-
piditas cuique exſurgeret, ceteros par-
tus viſendi, quos excludere & in lu-
cem publicam proferre meditaris. Nec
parciora experimenta dediſti, ſumme
SCHVRZFLEISCHI, ſolidae, rectae
atque varioris, qua polles, eruditio-
nis, ac monumenta TVA, quae per-
vulgaſti, ad vnum omnes noſtrae ac
peregrinarum regionum magna laude
probarunt & adhuc probare ſolent.
Eminentiffimi & diui fratris TVI
CONRADI SAMVELIS caſum eru-
ditus orbis acerbo dolore percepit, quem
magno damno meliorum litterarum,
quarum reſtaurator, vindex & tutor
erat grauiffimus & fideliffimus, ex-
ſpiraffe ipſe vehementer doleo. Sed
ſubtriftior atque abiectus animus eri-
gi & confirmari poteſt, quum beati*

* 4

fra-